



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Monath October Anno 1645. biß in den Monath Martium Ann. 1646. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103106

§.XIII. Kayserliche Gesandten dringen auff einen Paß vor Lothringen:
Volmars deßwegen gehaltene Rede an die Mediatoren.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51672)

1646.
Januar.

§. XII.

1646.
Januar.Hessen-Cassel-
scher Gesandten Voll-
macht und Er-
bieten zur
Handlung.

Nachdem obgedachter massen, die Kayserliche Gesandten, gegen die Hessen-Casselschen declariret hatten, daß sie mit ihnen besonders handeln wollten; so eröfnete ihnen der Venetianische Vorschaffter, am 6. Januar. st. n. es hätte ihm der Hessen-Casselsche Gesandte VULTEJUS, seine Vollmacht zugestellt, mit dem Anbringen, weil nunmehr der Cronen Replica auf die Kayserliche Responiones, würden extraditiret werden, und darinnen seiner gnädigsten Frauen Principalin An gelegenheiten mit vorkommen würden; So wollte er sich zur Handlung gebührend legitimiren, in Hoffnung, die Kayserliche Herren Gesandte würden, Krafft ihres habenden Gewalts, mit ihm und seinem Mit-Gesandten zu tractiren sich gefallen lassen: Es möchten dahero die Kayserliche Gesandten, eine Urkund ihrer daz zu habenden Kayserlichen Special-Vollmacht zu ertheilen belieben. Darauf die Kayserliche Gesandten antworteten, sie wären allerdings geneigt, sowol in Krafft ihrer habenden Instruction, als ihres General-Gewalts de tractando etiam cum Confederatis Gallia, und dann vigore, des sub 26. April. 1645. an sie, der Hessischen Sache halber, ergangenen

Kayserlichen Special-Befehls, mit den Hessischen Gesandten zu tractiren, Ihre Kayserliche Majestät wären auch erbietig, im Fall es nöthig wäre, ihnen noch einen mehrern Special-Gewalt, zuzufertigen: Sie wollten dahero erwarten, was die Hessischen vorbringen würden, und sollte auch die verlangte Urkund von handen gestellt werden: sie verlangten aber auch die Hessische Vollmacht zu sehen. Diese überbrachte dann der Mediator, am 18. Jan. st. n. mit Vermelden, daß die Hessen-Casselsche Gesandten, bey der, mit den Frankosen, des Tags vorher gepflogenen Conferenz, zugegen gewesen wären, und sich erboten hätten, die absonderliche Handlung anzugehen, doch dergestalt, daß was mit ihnen abgehandelt würde, künftig der Universal-Friedens-Notul mit inseriret werden sollte: Däten sich dabey nochmahln die jüngst verdröste Urkund aus. Die Kayserliche Gesandten declarirten, daß sie dessen kein Bedencken hätten, jedoch vorher es an den Grafen von Trautmansdorff, als Kayserlichen Principal-Gesandten, nach Dnabrück berichten müßten: Indessen die Hessen-Casselschen nur ihre Præteniones ediren möchten.

§. XIII.

Die Kayserliche
Gesandten
dringen auf
einen Paß vor
Lothringen.

Nachdem die Kayserliche Gesandten die Französische Replicas durchgegangen, fanden sie, daß darinnen dem Herzogen von Lothringen nicht nur alle Hoffnung, in den künftigen Frieden mit eingeschlossen zu werden, benommen, sondern auch das ganze Herzogthum Lothringen, der Crone Frankreich unterworfen werden wollen. Dahero dieselbe eine hohe Nothwendigkeit

zu seyn erachtet, die Unbilligkeit der Französischen Postulatorum, den Mediatoribus zu erkennen zu geben, und die Ertheilung eines Passeports vor Lothringen, expedig zu verlangen: massen sie ihre Gründe dazu in nachfolgender Lateinischen Rede, welche Volmar gegen die Mediatores abgehalten, vorgetragen:

Rede des Kayserlichen Abgesandten Volmars.

Vifis Replicis Plenipotentiariorum Regis Christianissimi, deprehendimus inter cætera, Ducem Lotharingæ non solum ab omni spe, quod inter Socios & Adhærentes Sacræ Cæsareæ Majestatis, futuræ Pacificationi adnumerari possit, excludi, verum etiam totum Ducatum Regno Gallia: afferi. Quæ cum non tam insperata, quam prorsus intolerabilia, & ab omni recta ratione aliena esse videantur, & sane re vera sunt, atque adeo progressum omnem tractandæ Pacis impedire possint, officii nostri esse duximus, priusquam ad reliqua Tractatus capita deveniatur, quam dudum proposueramus, postulationem de concedendo Salvo Conductu pro dicto Domino

no

1646.
Januar.

no Duce, ut vel Ipse huc venire, vel suos mittere possit Procuratores, cum majori instantia renovare. Non enim cause a Gallis allegatae tanti momenti sunt, cur Principi ex tam Illustri genere & antiqua profapia descendenti, liber Commeatus ad praesentes Congressus denegari possit aut debeat. Rationes autem, quare pro parte Caesareae Majestatis, Duci Lotharingiae Salvum Conductum dari oportere contendimus, sunt istae.

1646.
Januar.

Primo, quia juxta Conventionem Anno Domini 1542. die 26. Augusti inter Caesarem CAROLUM V. Ducemque ANTONIUM, in Comitibus Generalibus Norimbergae initam, Duces & Ducatum Lotharingiae, eorumque omnium, quae ad eundem pertinent, cujusmodi sunt Blanckenburgum, Pons Muffonis & reliqua, omnibus impostero temporibus ad protectionem & defensionem Romanorum Imperatorum, Regum, Sacrique Romani Imperii spectare, eoque nomine, quotiescunque ab universis Imperii Statibus, Collegiis Generalibus indicuntur, duas tertias ejus quotae, quam unusquisque Electorum pro sua parte exsolvere tenetur, Sacro Imperio praestare, atque pro exigenda ejusmodi quota, conservandaque Pace Imperii Publica, Sacrae Caesareae Majestati, Sacroque Romano Imperio ejusque Jurisdictioni subesse debeat, quamvis quoad caetera Ducatus Lotharingiae prorsus liber & absolutus declaretur.

Secundo, quia clarum manifestumque est, Dominum Ducem Lotharingiae, statim a principio belli, inter Caesarem & Imperium ex una, Regemque Christianissimum ex altera parte orti, e praecipuis & maxime considerandis Assistentibus & Sociis Suae Majestatis & Imperii numeratum, habitumque semper fuisse, atque in hodiernum usque diem, numerari & haberi. Constat autem non solum ex Praelimirari Conventione Hamburgica, Gallos obligatos esse omnibus Caesaris Confederatis, Sociis & Adherentibus in genere, liberum Commeatum ad hosce Congressus praestare: verum etiam Juris esse Gentium, ut ii, quorum in communi belli causa interesse potest, atque adeo qui pars non postrema belli fuere, ad componendum & tractandum de Pace, tuto & secure commeari possint.

Tertio, quia Galli nullam aliam hostilitatis suae contra Domum Lotharingicam exercitae, causam habent, nec haecenus in publicum praetendere potuerunt, quam quod praememoratus Dominus Dux Anno salutis 1631. Exercitum Caesaris contra Regem Sueciae GUSTAVUM ADOLPHUM adduxerat, invito rege Christianissimo: igitur aequum est, cum de finiendo isto bello agatur, Ducem quoque coram vel per Delegatos audiri.

Quarto, Caesar, Electores, Principes, caeterique Status Imperii fide publica, quam pace Pragensi interposuerunt, atque in Comitibus Ratisbonensibus, unanimi consensu renovaverunt, obligati sunt, ut causam Ducis Lotharingiae amplectantur, igitur in summam ipsorum omnium vergeret ignominiam, si quendam liberum aditum Ipsi ejusve Deputatis ad hosce Congressus non procurarent, factamque a Gallis praeter jus & fas denegationem silentio transmitterent.

Quinto, Regni Sveciae Plenipotentiarum palam profitentur, sine manifesta injustitiae nota, hujusmodi Salvum Conductum denegari non posse.

Sexto, certum est, felicitis recordationis Urbani Papae Octavi mentem semper fuisse, causam Lotharingicam in hoc Congressu decidi, ejusque restitutionem omnibus viribus procurari debere.

Septimo, constat, non aliam esse moderni summi Pontificis Innocentii, Christianissimi Domini nostri, mentem.

Zweyter Theil.

Ed 2

Octa.

1646. Octavo, cum de gravissimo totius Lotharingicæ Familiæ præjudicio, imo de totali ipsius exterminatione agatur, cujus disceptatio in præcipua Pacificationis capita incurrit, nimirum in prætenfam Satisfactionem, Assecurationem & Executionem, non solum Juri Gentium contrarium, sed & sua natura impossibile est, Domino Duce inaudito quicquam solidi circa hæc talia tractare, componere & concludere, adeo, ut, si Galli in denegatione pertinacius persistere velint, nihil aliud inde colligi possit, quam ipsos hoc novo interturbio, totam Pacificationem inanem atque frustraneam reddere cupere. 1646. Januar.

His rationibus prorsus nil obstant, quæ à Gallis in contrarium adducuntur. Nam quod dicunt, jam pridem Conventiones cum Domino Duce Parisiis initas fuisse, id nullius est momenti, cum ille se deceptum & illusum varie conqueratur, nec æquum sit, Regem Christianissimum in sua propria causa judicem esse, atque ea propter Congressus isti de Pace Universalis instituti sint, ut seposito Partium affectu, æquis conditionibus causæ singulorum disceptari possint.

Exemplo sint causæ Sabaudico-Mantuanæ, quæ licet Pace Ratisbonensi, & deinde Conventione Chierastana compositæ fuerint, nihilominus tamen Galli à Cæsare Salvum Conductum pro Ducissa Sabaudicæ extorserunt.

Non obstat secundo, quod Dux Lotharingicæ ex parte Feudatarius sit & Vassallus Regni Gallicæ. Nam & Confoederati Gallorum in Germania sunt Vassalli Imperatoris & Imperii, & maximam partem singulares cum Sua Majestate Conventiones inierant, nihilominus tamen Galli æquum censuerunt, iis omnibus liberum ad hos Congressus aditum patere debere. Quam igitur legem Cæsari dixerunt, eandem in se quoque retorqueri, æquo animo ferre debent.

Non obstat tertio, quod ajunt, Ducem obligationi, quam erga Cæsarem & Imperium, vel ut ipsi interpretantur, erga Domum Austriacam habebat, renunciassè. Nam præterque quod hujusmodi assertio fide careat, donec probetur, certum est, Conventionem Ducum Lotharingicæ, non cum Domo Austriaca, sed cum Imperio initam, esse ultro citroque obligatoriam; ideoque renunciacionem infcio & inconsulto Imperio factam, eidem nihil præjudicare.

Non obstat quarto, aliquas Lotharingicæ ditiones, Feuda esse Episcopatum Metensis, Tullensis, & Verdunensis, qui in potestate Gallorum siti sint. Responderetur enim, Imperium semper in possessione istorum Episcopatum, partim civili, usque ad hæc postrema tempora remansisse, atque adeo Duces Lotharingicæ nunquam ejusmodi Feuda à Rege Gallicæ, sed semper tamen ab Imperio recognovisse.

Non obstat quinto, quod dicatur in tractanda Conventione Hamburgensi non fuisse admittam factam à parte Cæsaris petitionem, pro Salvo Conductu Lotharingicæ Duci dando. Nam per ejusmodi denegationem nihil Ipsi præjudicari potuit, quo minus hanc postulationem renovari curaret, maxime, cum agatur hic de statu ipsius vel conservando, vel mutando.

Quæ omnia cum ita sint, rogamus, Vestræ Illustrissimæ Dominationes, & Vestræ Excellentie, denuo cum Plenipotentiariis Gallicis instantissime agant, ne diutius in concedendis hujusmodi Salvis Conductibus tergiverentur, progressumque Pacificationis remorentur.